

**www.e-rara.ch**

## **Caii Svetonii Tranquilli Opera Quæ Exstant**

**Suetonius Tranquillus, Gaius**

**Basileæ, M DC LXXV**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-25541>

Reginae Christinae, piae, felici, augustae, Carolus Patinus

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



REGINÆ  
CHRISTINÆ,  
PIÆ, FELICI, AUGUSTÆ,  
Carolus Patinus.



*M*AGNUM omnino nomen laceſſam neceſſum eſt, quod in hac illuſtrium virorum fronte collocetur, ne vel florentis imperii majeſtatem minuere, vel quid de illorum dignitate detrabere videar, qui & ingenii magnitudine & rerum geſtarum gloriâ uni-verſi orbis arbitrium ſunt conſequuti. Tuo verò, DOMINA, quaqua verſum oculos demùm circumfero, nullum ſeſe offert illuſtrius, quod non in ſuo tantùm genere eminere video, velut inter ignes Luna minores: verum conatu plus quàm virili ipſam humani generis ſortem ſupergreſſum, incredibili quâdam felicitate complecti, quidquid Roma in Ceſaribus ſuis admirata laudibus ad cælum extulit.

## D E D I C A T I O.

*Quæ quidem cuncta si jam verbis comprehendere tentarem, quid agerem aliud, quàm serenitati, ut dici solet, nubes inducerem, meque remis velisque destitutum, immenso oceano committerem, cujus neque fundum neque littus ullum appareat. A me tamen impetrare non possum, ut silentio præteream, quod totum orbem admiratione suspensum tenet, apud posteros vix ac ne vix quidem fidem inventurum: Divinum hoc dico linguarum ac scientiarum omnium cum Majestate consortium, quod cum in suprema hac hominum fortuna optandum magis quàm sperandum videatur, nemo unquam dignâ satis oratione & veneratione in Te persequetur. Sed ut in iis, quæ ingenio & instituto meo propiora sunt, acquiescam; quantis studiis, quantis impensis antiquum orbem ex ejus monumentis restituere ac conservare annixa es? dum in Veterum scripta ex optimis codicibus emendanda atque edendam, consilium pariter & opes immensas munificentiam verè regiâ contulisti. Neque his tamen limitibus contineri potuit inexhaustus hic politioris literaturæ amor, quin priscam etiam monetam ab interitu vindicares, atque ingentem auri, argenti & æris antiqui copiam non minori ardore comparares, ut Ill. Gottifredi harum elegantiarum dum viveret principis, cimeliarchium Regio Tuo illatum & fecundo quasi connubio junctum, locuplete satis argumento demonstrat. Thesauri autem illius, omni hoc antiquitatis genere ad miraculum usque instructi, dici vix potest quoties me subeat recordatio, ex quo anno*

## DEDICATIO.

*superiore ad eum inspiciendum, Ipsa, me, DOMINA,*  
*[quod in præcipua fœlicitatis meæ parte repono] singulari*  
*clementiâ ac humanitate invitare non fuisti dedignata.*  
*Jam verò quantâ voluptate animum ad incomparabilis*  
*hujusce Theſauri aspectum non dico perfusum sed obrutum*  
*senſerim, facile judicabit qui me incredibili quodam*  
*indaganda pernoſcendaque antiquitatis desiderio, jam à*  
*sex inde lustris incensum, plures in illo perlustrando dies*  
*insumpsisse crediderit, quàm examinandis aliis horas*  
*tribuere soleo. Cujus rei Tomus alter, quem meditor,*  
*Numismatum ex ære mediocri, ac deinceps, si Deo OPT.*  
*MAX. visum erit, etiam alia scripta mea judicio & usibus*  
*literati orbis subjicienda, abundè, ut puto, fidem facient.*  
*Hujus igitur munificentie & humanitatis erga me*  
*Tue quin publicum ederem testimonium, diutiùs mihi*  
*temperare non potui, cum & primum ingenii mei fœtum,*  
*ut ut minus elaboratum & perpolitum, simul ac orbis*  
*olim metropolim Romam fueram egressus, majori dicam*  
*audacie an reverentie argumento, Augusto nomini Tuo,*  
*debito quodam voto, dica-verim. Is est quem nunc ulnis*  
*Tuis committo, blandè fovendum & [quod fortè immitior*  
*mea fors deposcere necesse habebit] adversus diras invidie*  
*& malevolentie insultus fortiter tuendum: qui tutiùs*  
*ubi delitesceret, quàm sub Tuo patrocínio, in universo*  
*hoc orbe non inveniebat asylum. Quod quidem consilium,*  
*ut debite venerationis meæ & humillimi obsequii*  
*monimentum exiguum ne asperneris, PRINCEPS OPTIMA*

## DEDICATIO.

*eâ quâ decet animi demissione contendo : satis mihi, Suetonioque meo, imò jam veriùs Tuo, laudis & gloria accessisse ratus, ubi blandiori nutu à Te exceptum, & si non per omnia placuisse, minùs tamen displicuisse, cognovero. Quod ipsum non tam meo, quàm tot augustissimorum Caesarum, nummis suis nostrisque inclytorum, & ipsius Autoris magnis nominibus, imò verò Tuo maximo nomine, à Te expeto, nec minùs expecto, cujus Majestatis solium, ipsâ Musarum Charitumque catervâ stipatum nulli, cui bonarum litterarum, nostrarum inprimis quas profitemur, studium cordi fuit, huc usque potuit esse inaccessum.*

Scribebam Basileæ, Kal. Jan.  
M DC LXXV.